



EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

STRENÆ DVÆ,

quarum una est

PARAPHRASIS
PSALMI DAVI-
DIS II.

Quare fremuerunt gentes.

NVNCPATA ECCLE-

SIAE CHRISTI IESV, GRA-
uiter afflictæ:

Altera,

PARAPHRASIS PSAL. CIV.

Benedic anima mea Domino.

dedicata V. S. C.

*Vtraque ex voto pio &
religioso,*

A

GREGORIO BERSMANO
ANNÆBERGENSI.

SERVESTÆ,

Bonaventura Faber imprimebat.

ANNO M. D. XCII.

17

STREINE DVA

CHRISTIANUS

PARRAPHRASIS

PSALMI DAVI

DIS II

Quintus

INNOVATA ECCLIA

CHRISTIANUS

CHRISTIANUS

CHRISTIANUS

PARRAPHRASIS

CHRISTIANUS

CHRISTIANUS

CHRISTIANUS

CHRISTIANUS

ERGOLO

CHRISTIANUS

CHRISTIANUS

CHRISTIANUS

CHRISTIANUS



Quis gentes in bella furor, quis vertit in arma
 Insanam bruto regum cum fulmine plebem?
 Quid procerū impacata coit manus? omnis in v-
 Consilijs instructa Deum, quemq; vngvine sacri, (num
 Ipse sui regem populi, perfudit oliui?

Nam coniuratae fremit hęc infania turbæ:
 Quæ mora seruitio ruptis exire catenis
 Tardat iners, validoque iugum subuerrere collo?
 Quis metus hic animis, quæ tanta ignauia venit?
 Vincula quin sociis funesq; reuellimus armis,
 Hoc sat erit. valeant leges, pietasq; faceffat,
 Cura inopum: nobis sit pro pietate voluntas.

At non hęc nullis, Superūm rex, arbiter Orci,
 Obseruans oculis, cœli conuexa fatigat,
 Ille minas procerum, & vanam sine viribus iram
 Eludens risu, conatus franget atroces
 Terrigenūm, cœlo crudelia fata minantūm:
 Atq; Deo dignam furiis commotus ad iram,
 Talibus increpitans dictis, terrebit ouantes;

Quis stupor, ô cæco dolituri pectore nunquam?
 Quæ vos in facinus raptat vecordia, belli
 Affectare truci regnum cœleste paratu?
 Ipse meo regem solio sceptroque; superbum
 Præfeci regnis (sic stat sententia) gnatum;
 Qui data tergeminò pandens oracula mundo,
 Monte meo, Solymæ quâ plurimus imminet vrbi,
 Imperium toto cum iussis proferat orbe.

Hæc genitor ; contrâ reddit cui talia natus :
Quâ mare, quaq; mari premitur circumflua tellus,
Mandati decreta sacri perferre iuuabit,
Quæ memorata tuo, pater, ore, his auribus hausi,
Hæc mihi, inoblita recolo quæ mente, locuti:

Tu mea progenies, cæli cui regia paret,
Quem sine principio genui, quem sine carentem
Produxi ante æui primordia, secula mundi,
Patre Deum gignente Deo, de lamina lumen:
Me tribuente, feres rerum quodcunq; rogâris:
Posce modò, hæredesq; dabo pro munere gentes,
Quas Aurora videt, quas Hesperus ore tuetur:
Regna tuis, nondum cum starent, debita fatis;
Quæ ditione tenens sceptro modereris ahenò,
Imponens paci morem, ferroq; rebelles
Contundens, fragilem figulus ceu conterit ollam,
Artificis, currente rota, quæ vota fefellit.

Quos sunt ergo penes rerum moderamina, iuris
Arbitrium, rabieq; minis, Martisq; furore
Seposito, terras crepitu qui complet inani,
Consilia in melius, dum fas est, vestra referte:
Discite iustitiam moniti, & non temnere Christum:
Discite, depulsa tenebrarum nocte, supremo,
Mente pauente Dei, castè seruire Iehouæ.
Latitiam altero ante metu, exultate parenti.
Hoc genitore sati ne cientes brachia collo,
Oscula sinceris miscete amplexibus, in vos
Tela trifulca suæ, vindex, ne torquat iræ;

Ac

Ac tanti in nihilum redeant moliminis ausus.
Nam sua (nec mediilonga est mora temporis) ira
Concipiens sævas accenso pectore flammæ,
Vindictæ totas in vos laxabit habenas,
Supplicij pensante moram semel agmine poenæ.
Felices, hoc fixa quibus fiducia perstat,
Fortunæ secura suæ, secura suorum.

PARAPHRASIS PSALMI CIV.

TV mihi cælam eris, rerum fator, arbiter orbis,
Quem decor, aurato quem tegmine gloria velat
Magnificum, sceptriq; sui splendore coruscum.
Nam te cælorum artificem terræq; triformis,
Irradians lucis velamine cingit amictus,
Lumine qui pariter tentoria vestit Olympi.
Hic suspensa tibi medijs, fulcimine nullo,
Pendet aquis domus, vndarum cingente profundo.
Vnde rotis inuectus iter, quas nubila præbent,
Per cælum rapidis ventorum laberis alis.
Imperijs accincta tuis stant flamina, nutum
Expectant famuli displosis nubibus ignes.
Pondereterra suo libratum sustinet orbem,
Qui mundi pariter medium totius & imum est,
Intusi nuper summersa voragine ponti,
Vndarum summos indutaq; tegmine montes,
Quàm freta, terrificos voce ingeminante tumultus,

Diffudisti opifex: cuius resonantis ad ictum
Emersere fretis rorante cacumine montes,
Exiluitq; cauis ad opertus fluctibus orbis,
Extendiq; solum coepit, subsidere valles.
Ergo nec ambitæ mare frangere littora terræ
Verbi obex fuit iste tui, nec, mole remota,
Defrenato iterum terras operire recurso.

Tu conualle ima sua fontibus ora relaxas,
Vnde perenne fluens, magno cum murmure montis,
Amnis, inundanti latum petit agmine campum.
Hinc haustus sibi sumit ovis, quæ gramina tondet,
Hinc onager syluis proreptans pocula ducit,
Quos propter genus alatum, quod remige penna
Ingreditur cœlum, viridante sub arboris umbra,
Argutas resonare docet virgulta querellas.

Tu montesq; rigas; fecundis imbribus æther,
Ad tua iussa, subit gremium telluris amicum,
Atq; infusus alit nascentes semine fetus.
Parturit almus ager, iumentis gramina campo,
Vbere succrescunt victu mortalibus herbæ,
Et fruges, & quæ vitæ sibi postulat usus.
Hinc vini liquor, inducens mœroris amara,
Et faciem pingens vegetantis succus oliui,
Et saxo mollita Ceres, solatia mensæ.

Tu riguum humoris præbes genitabilis vber
Sylvarum soboli, & fruticum, hortorumq; virenti.
Tu cœlo, Libani iuga per syluestria montis,
Attollis cedrum, nemorum quæ maxima frondet,

Fron-

Frondefer asq; domos auibus cunasq; ministrat.
Quin etiam, casus abies visura marinos,
Ætherias, fetu sine, vertice tendit ad auras,
Inuisæ colubris nidos structura volucris:
Ardua dum montis penetrant ad culmina damæ,
Atq; effossa subit, sua tecta, cuniculus antra.
Tu facis, vt certa vice Delia compleat orbem,
Nunc lateat, nunc attenuet, nunc cornua pandat:
Te moderante, caput Titan abscondit in vndis,
Et lux intrat aquas, & aquis nox exit iisdem,
Inducens tenebras vmbra telluris opaca.
Tunc fera, sylvarum latuit quæ condita lustris,
Procurrit, vesana fames namq; exigit antris.
Tunc impastus agit prædas leo, teq; rudenti
Ore cibum, & vacuo sua pabula poscit hiatu.
At simul auroram Cythereius euocat ignis,
Assuetas repetit prædatrix ira latebras,
Ac solita humanos excercet cura labores,
Donec agant seram nocturna crepuscula lucem.
Quàm tua se totum virtus diffundit in orbem,
Et par virtuti sapientia, maior & illa,
Maior & hac bonitas, cuius spatiosa redundat
Muneribus tellus, opibus scatet vnda profundis?
Hoc, quacunq; patet, campis immanibus æquor,
Millia squamigeræ capit infinita cohortis.
Hic gens parua secat fluctus, hic prodiga molis
Exsultans, agitat delphinum turba choreas.
Nauibus hac iter est, quas circum immania cete,

Et

Et variæ comitum facies freta nando peragrant.

Hæc, pater alme, suo te poscunt tempore victum,
Auxilium vitæ, quam, te sufflante, tulerunt.

Omnia te siccis expectant faucibus, omnis
A te hominum suspensa fames, pecudum, atq; volantum,
Et quæ remigio pinnarum flumina falcant.

Quisq; tuæ fruitur saturatus munere dextræ,
Illam, te referante, ferunt; claudente, laborant.

Nam simul his vultus auerteris ora sereni;
Consternata tui mox vultus nube fatiscunt.

Viuificum tollas flatum, exanimata redibunt
In cinerem: reddas animam, recreata vigebunt,

Ac noua succedet terræ melioris origo.
Te laus ergo manet nullo delebilis æuo,

Summe opifex, operum lætantem forte tuorum.
Sic eat, & cunctis tua perstet gloria seclis:

Cuius ad obtutus oculorum terra tremiscit,
Et fumum eructant contacti culmina montes.

Hunc ego, vitali dum vescar luminis aura,
Ore canam, pangamq; melos superante Camœna.

Tu modò, tam facilis nostras admitte Camœnas,
Quàm tua fert animus præconia dicere cantu.

At, poenas scelerata luat, cum stirpe recisa
Impietas, legum & iuris malè prodiga: Sic tu,

Tu mihi carmen eris, rerum sator, arbiter Orbis.

F I N I S.

Nov 1996

8

ULB Halle 3
002 063 808



nicht aufg., da unvollst. u.
nicht zu ermitteln!

28 a / 50 1996 |

VB 17

M





STRENÆ DVÆ,
quarum una est
PARAPHRASIS
PSALMI DAVI
DIS II.

Quare fremuerunt gentes.

NVNCPATA ECCLE
SIÆ CHRISTI IESV, GRA
uiter afflictæ:

Altera,

PARAPHRASIS PSAL. CIV.
Benedic anima mea Domino.

dedicata V. S. C.

*Vtraque ex voto pio &
religioso,*

A

GREGORIO BERSMANO
ANNÆBERGENSI.

SERVESTÆ,
Bonaventura Faber imprimebat.
ANNO M. D. XCII.